



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gvillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXI. De Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

acciperent. De eponymis statu-
tuis iam ante scripsi. ἀρχὴ ἰπώνυ-
μος nomen erat magistratus il-
lius. Unum nolo omittere, quod
hi ius ciuibus tantum dicerent, in
iisdem vero causis πολέμαρχος
inquinis.

CAP. XXI.

De Rege.

BΑΣΙΑΕ' A regem, sacrifi-
culum interpretatur Livius:
unde possumus confirmare (quod
sæpius exposui) Romanos non
tantum legum exemplum à Græ-
cis expetivisse, sed & Reipub.
imaginē hinc sumpsisse. Quem-
admodum enim hi rege sacrifi-
culo sacra fere omnia administra-
re solebant, ita nomine sacrorum
prima erat Athenis autoritate
Rex. Prima enim muneris di-
gnitas illi erat, quod τὰ ἰλιύσινια,

κ;

ἡγήλατο αἶα Cereri, & Baccho sa-
 cra ludorum curatoribus fieri
 pro moris usu curaret. In singulis
 enim ludis Athenienses suos
 χορηγῶς, id est, choragos, seu ad-
 iutores habere solebant, qui non
 tantum (ut iam à me est nota-
 tum) præerant ludis, sed & libera-
 litate pro opum ratione in Reip.
 impensas utentes, de suo non pa-
 rum infumebant, eo solum nomi-
 ne, quod illorum essent præfecti,
 quemadmodum in certaminibus
 ἀθλοδότηαι munerarii athletis par-
 tum ex suo, partim ex publico ære
 præmia proponebant. In cho-
 ragorum munere, & privilegiis
 aperiendis tota Demosthenis in
 Mediam oratio versatur. si quis
 itaque copiosius de illis legere
 cupiat, illam legere poterit. Ho-
 rum exemplum in mysteriis (ita
 tragœdias, comœdiasque vul-
 gares quæ vitas heroum pro
 Christo passorum personatis ho-
 minibus

minibus plebeiis exponunt, vulgo dicunt) frequens usque adeo est, ut multi inde rem familiarum, dum lucello inhiant, decoquant amplissimam; Athlotheta-
 rum exempla crebra sunt in singulis urbibus, quæ aut iactu balistæ, ignei tormenti, arcus, aut etiam palæstræ exercitatione militem exercent. Curabat præterea noster sacrificulus sacra τὰ ἐν τῷ λαμπάδι, quæ videlicet ad lampadem fierent. Quæ vero ea essent, quæ veratione obiri solita, ita scriptum reperio. Tria ubi semper lampadis usus erat, festa Athenienses habuere, ἀθληταῖα, ἰπποσταῖα, ἀθροιστικά, Minervæ, Vulcano, Promotheo. Suidas, ait, Istum scriptum reliquisse, quod quum Athenienses sacra Vulcano facerent, lampadem excogitassent: ob cuius rei memoriam perpetuos illi ludos consecrarint, in quibus usus semper
 zudinim per

per esset lampadis. Ut vero gratiam referrent etiam prudentissimæ artium inventrici Palladi, itemque Prometheo primo suprema literarum memoria artium variarum inter homines propagatori, sanxere ut pariter in illorum sacris eadem lampade posteri uterentur. Quæ quum altius contemplan, ut non possum satis admirari quam nullam fere ob rem, aut vilioris, & quam facile rideas, artis excogitationem, leviter, temereque, ne dicam impie, credula nimis antiquitas multa hominum monstra in deorum numerum reposuit, ut ostenderet religiones illas opinione non veritate nixas: ita vehementer mihi subit illorum ediverfo admiratio, qui semper persuasum habuere, nil boni in hac vita sine lumine, atque adminiculo cœlesti se posse consequi: quod vehementer illorum refel-

lit

lit amentiam, qui sine providentia munere res istas bene geri posse credunt. Peractis sacris, etiam controversias quæ illorum causa inter gennetas oboriebantur, dirimebat. Qui essent *ἑννηταί*, ex Harpocrate subdo. *ἑννηταί*, inquit, sunt eiusdem generis, familiae've participes. Quum enim Atheniensium populus esset in certas partes divisus, maximæ, ut diximus, *φύλαι*, id est, tribus vocabantur: quarum singulæ trifariam partitæ *τρίτῃς* creabantur: quæ etiam *φρατρίαι* dici solebant, ἀπὸ τῆς φρατρίαι, à puteo videlicet, cuius erat in eadem vicinia communis usus. (Dixi iam in demarchis etiam quamlibet tribum propter nautica munia in duodecim partes; seu *ναυηγείας* partiri) quælibet vero *φρατρία* (persequitur Harpocrat.) sacrorum gratia in triginta partes divisa creabat *γίνετο*,

γένος, nongentesimam populi
 Atheniensis partem: cuius singu-
 li patresfamilias *κληῖται* vocari
 solebant: inter quos ius de sacra-
 rum administratione dicebat.
 Subdit idem athenor Isæum in ora-
 tione pro Appollodori hæredita-
 te *συγκληεῖς*, & *κληῖταις*, voca-
 bulo abutendo, eosdem dixisse:
 Philochorum præterea *κληῖταις*
 interpretatum *ὁμοκατάκτας*, qua-
 si collactaneos dicas. De cæde
 causas, quas ex præcognitione,
 aut ex occasione rei obuii præoc-
 cupare poterat in senatum Ario-
 pagiticum introducere solebat:
 ubi vero reos ante tribunal stitif-
 set, deposita corona ipsis Ariopa-
 gitis assidebat, sententiam pro ra-
 tione criminis primus dicturus.
 Ad hæc rerum inanimatarum
 causas, verbi gratia de damno ab
 obice in via publica dato, de rui-
 na ex tigno communi, maceriis,
 ædibus ruinam minantibus, &
 huius-

huiusmodi audire solebat, quifque teneretur earum nomine, iudicio declarare. Qui ille erat sacrorum Princeps, de vocabulo quo illum honoris ergo Athenæ donarent, deque cæteris sacrarum rerum curatoribus, pariter de ludis, festis, & huiusmodi, plura hoc in loco scripseram, quæ etiam ipsa commodius in suum ordinem opere peculiari servare visum est.

CAP. XXII.

De Polemarcho Tribuno militum.

Τὸν δὲ δὲ χόντων τρίτον ἢ πολέμαρχος, Principū tertius erat polemarchus: qui quo vocabulo melius Latine dici possit etiam officii explicatio planum faciet. Præerat primum Dianæ & Martis Enyalii sacris, ob eam rem,